



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiарvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

An viri sancti possint dare Spiritum sanctum. D. E. F

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

**Cap. 21. §
ultimo cir-
ca finē l. 40.**

& filio nobis datur, nec ideo tamē minor est pāre
& filio. Vnde Aug. in 4. lib. de Trin. ait: Non ideo
inquit, minorem spiritum sanctum, quia & eum
pater m̄ sit & filius, arbitrandum est.

*An viri sancti & Ecclesia praelati dent vel dare
possint spiritum sanctum, quod non
dant hic ostendit.*

**Cap. 26. ad
principium.
Act. 8. c.**

Hic queritur, vtrum & viri sancti dēt vel possint
dare aliis spiritum S. Quem si aliis dant, cū eius do-
natio supra sit dicta processio, v̄ detur ab eis pro-
cedere spirit⁹ sanctus vel mitti. sed creator à crea-
tura nō mittitur ve⁹ procedit. Restat ergo vt spi-
ritū sanctum ipsi non dent nec possint dare. Vn-
de Aug. in 15. l. de Trin. Non aliquis discipulorum
Christi dedit spiritum sanctum. Orabat quippe,
vt veniret in eos quibus manum imponebant, nō
ipsi eū dabāt. Quem morem in suis præpositis etiā
nunc seruat Ecclesia. Deniq; & Simon Magus of-
ferēs Apostolis pecuniam nō ait, Date mihi & hāc
potestatem, vt dem spiritum sanctum: sed cui cū-
que, inquit, imposuero manus, accipiat spiritum
sanctum: quia nec scriptura superius dixerat: Vi-
dens autem Simon quia Apostoli darent spiritū
sanctum: sed dixerat, Videns autem Simon, quis
per impositionem manum Apostolorum dare-
tur spiritus sanctus. Ecce his verbis ostendit Aug.
nec Apost. alio Ecclesiæ prælatos dedisse vel dare
spiritum sanctum.

*Quod non possunt dare spiritum sanctum
hic docet.*

**Cap. 26. lib.
2. de Trin.
post mediu-**

Et quod plus est, non posse etiam dare dicit in
codem lib subdens, De Christo scriptum est quod
acciperit à patre promissi nem spiritus sancti, &
effuderit: in quo vtraq; natura monstrata est hu-
mana sc̄ & diuina. Accepit quippe vt homo, effu-
dit vt Deus. Nos autē accipere quidem hoc donū
possimus pro modulo nostro effundere vero sup
alios

alios non utique possumus: sed ut hoc fiat Deū super eos à quo id efficitur inuocam⁹. His verbis ex presso dicit nos spiritum S. non posse super alios effundere, id est, aliis dare.

Quod videtur contrarium.

F Cap. 3. n.

SED huic videtur contrarium quod Apost. ad Galat. de se loquens ait, Qui tribuit vobis spiritū & operetur virtutes in vobis. Ecce euidēter dicit se tribuisse spiritū. Sed intelligendū est hoc dixisse Apost. non quia haberet potestatem & autho- ^{Aug. to. 4.} ritatem dādi spiritum S. sed qui ministerium ha- ^{in explana-} tione terit
buerit, in quo dabatur à Deo spiritus S. ut enim ^{ad Gala.} ait August. super eundem locum, exponens illud Apostoli verbum. Ab Apostolo prædicata est eis fides, in qua prædicatione aduentum & præsentia spiritus sancti senserant, sicut illo tempore in no- ^{Cā. ad prin-} uitate initiationis ad fidem, etiā sensibilibus mi- ^{raculis} præsentia spiritus sancti apparebat, vt in cipium. Act. Apost. legitur, aperte hic ostēdit quotmodo il- lis spiritum sanctum Apostolus tribuerit: non utique ipsum mittendo in eos, sed prædicando eis fidem Christi: quam illis recipientibus, quod spiri- ^{tus} sanctus in eis esset, aliquibus signis visibilibus monstrahatur. Non ergo hominēs quantumcumque sancti dare possunt spiritum sanctum.

VTRVM SPIRITVS SANCTVS

A SEIPSO DETVR.

DISTINCT. XV.

A

HIC considerandum est, cum spiritus Sanctus detur hominibus à patre & filio. Quod est ipsum temporaliter procedere ab utroque vel mi- nui, utrum etiam à se ipso detur: Si datur à se, & procedit vel mittitur à se. Ad quod dicimus quia S. sanctus & Deus est, & donum siue dātum, & ideo dat, & datur. Dat quidē, in quantum Deus: & datur, in quantum donū siue dātum. Cum autē donatio

F

siue